

C R I M I N A L I S.
ARTICULUS CXLVIII.

123

Pæna homicidii in rixâ commissi.

Hunc articulum Gobl in auctario, Zieritz in notis, & Steph. hîc, dextrè & doctè explicuère, ad quos, ut & Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. per tot. Thom. Metzger. cons. crim. 3. per totum gratæ brevitatis ergò me remitto. Huc pertinent quoq; ea, quæ tradunt Prosp. Farin. lib. 4. var. quest. de consultoribus auxiliatoribus p. 410. cum seq. Lud. Gilhaus. in arb. judic. crimin. c. 2. tit. 12. num. 13 14. cum seqq. Eberhard. Speckh. cent. 3. class. 2. q. 1.

ARTICULUS CXLIX.

De cadavere occisi ante sepulturam inspiciendo.

Consulendi & hîc sunt prædicti Commentatores, ubi non contemnenda tradunt. Vide notata ad artic. 33. concl. 4. An verò Judex possit ex officio cadavera mortuorum eruere è sepulcris ad ea inspicienda, cum præsumptio sit defunctum mortuum esse ex vulnere, aut veneno? Vide Georg. de Caped. part. 1. decis. 16. num. 174. per tot. Vulneris inspectio pertinet ad eum, cujus est jurisdictio territorii. Unde qui in alieno territorio vulnus inspicit, jurisdictionem alterius violat. Consultissimus Dn. Barth. Volcmar. amicus meus singularis, de jur. princip. c. 14. n. 12. Hîc in fin. tangit Zieritz. vulgarem illam quæstionem: An cadavera occisorum & punitorum ad anatomen concedi debeant? Adfirmativè respondeo cum Matth. Berlich. part. 5. concl. pract. 48. num. 24. 25. Quia in anatomicis dissectionibus non perfunctoriè, nec dicis causâ, sed ex suis principiis medicinæ scientia cognoscitur, & hac inspectione in conservandis & curandis vivorum corporibus medici peritiores fiunt. De necessitate anatomicæ doctrinæ in exercendâ medicinâ vide Ioh. an. Riolan. lib. 1. anthropographia, c. 1. p. 27. de anatome antiquitate, ortu & progressu, c. 2. p. 30. 31. cum seqq. Publica itaq; utilitas hîc versatur, quæ licet ad alterius injuriam pertineat, redarguenda tamen non est, l. quod Reipubl. 33. ff. de injur. Muscorn. de jurisd. num. 51. ubi ex Bald. in l. fin. C. de exec. rei judic. & Bart. in l. fin. §. fin. de pign. act. 2. Quia cuivis petenti cadavera ad sepulturam concedi debent, l. fin. ff. de cadav. punit. & ibi Wes. in paras. & Judex peccat mortaliter, hoc si deneget, Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 2. §. 1. verb. il. confisq. num. 8. Bald. in c. §. injuria, de pace jur. firm. Cur igitur medicis concedi non debeant, ut honesta sepultura eis contingat? 3. Quia prodest hæc inspectio ad considerationem admirandæ sapientiæ architecti & opificis. 4. Quia & aliàs illis nullus honor debetur: Nam antequam necarentur, servi pænæ erant, & insepulti abjici, vel in furca, aut cruce relinqui potuissent, l. capitalium, 28. §. fin. ff. de pæn. Eberh. Speckh. in. cent. 1. q. 8. Franc. Ripa in tract. de peste, Curt. num. 38. Decius nu. 17. Valasc. n. 17. Sapia num. 11. ad l. imperium, h. tit. Chassan. d. l. Clar. lib. 5. recep. sent. §. ult. q. ult. Gomez. 3. var. resol. c. 14. nu. 9. ubi ait; Universitatem à Carolo V. Imp. super hac causa consultam, Anno 1550. ita respondisse Eman. Zoaretz. in addit. ad Gomez. d. loco, lit. C.